Epistola

L
Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Corínthi-os.
F
RAtres: Grá-ti-as ago De-o me-o semper pro vobis in grá-ti-a De-i,
quæ data est vobis in Christo Jesu: quod in ómnibus dívi-tes facti estis
in illo, in omni verbo, et in omni sci-énti-a: sicut testimóni-um Christi
confirmátum est in vobis: i-ta ut nihil vobis desit in ulla grá-ti-a, expec-
tántibus reve-la-ti-ónem Dómini nostri Jesu Christi, qui et confirmábit
vos usque in finem sine crímine, in di-e advéntus Dómini nostri Jesu
Christi.